Quelle:
Copyright:

Hermani Altachensis Abbatis Chronicon, cum continuatione Henrici Steronis et fratrum Udalrici et Chunradi Welling.

3. p. 206 - 307

Chronicon Hermani Abbatis Altaichae inferioris, cum continuatione Heinrici Stero, ejusdem monasterii monachi, et Fratrum Udalrici et Chunradi Welling, monachorum ad. SS. Udalric. et Afram.

Priusquam de Codicis nostri praestantia agam, operae pretium erit, quid de hoc Chronico inter Eruditos fiaum, certumque sit, praemittere. Primus, qui ejus operis orexin movit, Joan. Arentinus fuit, qui instituto per Bojariam itinere literario ao Christi 1517. Altaham inferiorem accessit, et repertis ibidem, nec non in Osterhorensi Asceterio monumentis, in Syllabo auctorum monumentorumque Hermanum praemisit. Proximus ab Arentino Historiographi nostri meminit Gasp. Bruschius, qui et ipse in eodem monasterio ao 1552 hospes diversatus Abbatum ejus Catalogum texuit, ubi ita de nostro: "Hermanus Abbas XXXVII Chronographus Coenobii sui etc. decessit ex hac misera vita ao Ch. 1270." Inter editores hujus Chronici (ab ao 1266 - 1900:) primus erat Marq. Freherus doctus, et sagax antiquorum monumentorum Scrutator; sed Henrico Steroni adscripsit, deceptus elogio, quod in fine operis Henricus ille Stero, Hermani Capellanus addidit, quodque Freherus ita accepit, ac si integri Chronici auctorem se ferret Stero, et falsus ipse mox et Henr. Canisium in eundem induxit errorem, hic Jac. Basnagium et Vossium, et Vossius, quotquot eum exscripserunt, Lexicographos.

Script. rer. German.

Post Freherum alter Hermanum recusum dedit Henr. Canisius, qui beneficio Marci Velseri codicem nactus ex Udalricriana Augusta Hermani Annales multis partibus accuriores, (ab ao 1152 - 1900:) sed et ipse sub Heinr. Steronis nomine edidit. Struvius Freheriana Scriptorum Collectionis restaurator eruditus tandem, quod res erat, conjecturâ ex parte saltem assecutus est. Nam in praefatione ad Steronem (a) Chronicon Augustense ab ao 1152 - 1270. Hermano, sed a Sterone interpolatum; ab ao 1270 - 1900 Steroni; cetera usque ad ao 1204. Germanis fratribus Ud. et Chunr. Welling adjudicavit. Tam feliciter divinandi ansam ei praebuit auctoritas gravissimi Andr. Brunneri, qui anal. Boji. P. I. lib. 4. exeunte, ad annum 1272 conqueritur: "Quando hic quoque fidissimus dux Hermanus Altahensis

antiquar. lect.

(a) Script. rer. germ. edit. Struv. T. I. p. 552.